IOHANNES DE VIERRA
Böhmen (?), 2. Drittel 15. Jh.
Seite 371r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8286
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



i. immittere vel coniungere. Invenitur tamen
serui pro ordinari et pro seui sed
s. antiquos. Et a sero is pro im-
Sertum — mittere vel coniungere hoc sertum ti
dicitur corona de floribus immissis
vel coniunctis facta. Item a sero is
Sera re — serui hec sera re i. firmatura hostij
et proprie lignum quod extrinsecus obicitur
hostio teste sa. hu. atque bri. Unde
Sero as — sero as i. seram hostio apponere hosti-
assero — um claudere. Et componitur absero as
Obsero — i. apperire. Obsero as i. seram hostio
Resero as — apponere. Resero as i. iterum serare
recludere vel apperire. Sero as et
eius composita sunt activa teste hu.
et hanc sillabam se corripiunt. Et a
Sero indecl — sera hoc sero indeclinabile vel potius
est adverbium temporis licet quidam
ponatur nominaliter ut tamen dicitur ob-
scurum sero et dicitur sic a clausis
seris quia sera celi. Sero n. celum
clauditur sed mane aperitur. Unde serus
Serus a — a um i. tardus et extremus et comparatur
Serotinus — Unde serotinus a um i. tardus
tarde veniens vel vespertinus vel dicitur
a sero adverbio temporis. Unde sero
Serotino — teno as i. tardare vel serotinum facere.
Et a sero adverbio temporis hoc serum
ri dicitur liquor qui fluit tractum de
caseo retenti dum premitur. Et a se-
Serius a — rus serius a um dicitur utilis vel
necessarius quia seri serius solent
Serio — uti. Unde serio ablativus invenitur
positus adverbialiter pro serie i. utiliter
intente vel necessarie. Item a sero
Series — pro ordinare hec series ei dicitur
Serio — ordo vel tenor. Unde serio as i.

ordinare. Item a sero seui hoc semen
nis dicitur quod magro spargitur ad gignendum
fructum. Et semen est etiam animalium
quod spargitur ad gignendum fetum. Et a semen
hec sementis tis i. semen frugum vel tempus
vel actus seminandi vel dea seminis.
Unde sementinus a um i. ad sementem pertinens
vel existens de semente. Et semento as i.
seminare vel sementem facere. Et a semen
hoc seminium ij dicitur semen vel cuiuscumque
rei exordium vel lucrum de semine. Et hoc
seminarium ij dicitur semen vel cuiuscumque rei
exordium vel vas in quo ponitur semen. Et
semino as neutrum i. serere semen spargere
si tamen transferatur ad rem rationalem est actiuum.
Et a semen hec soror oris dicitur proprie quidem
sorores sunt que habent vel habuerunt
eundem patrem sed diversas matres quia
processerunt quasi ab eodem semine vel soror
dicitur a solus quia sola cum fratribus
in sorte generationis habeatur. Unde hic soro-
rius dicitur filius sororis vel maritus
eius vel frater uxoris. Et sororiso as
vel sororisso as i. sororem imitari simi-
litudine vel moribus. Et hic sobrinus
dicitur filius sororis vel sororinus. Unde
hec sobrina ne i. filia sororis. Et ab
hijs per compositionem hic consobrinus ni
Et hec consobrina ne et sunt consobrini
filij fratris et sororis sed proprie duarum sororum
et consobrine sunt tales filie. Semen
componitur cum verbum. Et dicitur hic semi-
verbius ij seminator verborum. Unde hec
seminerbia ie dicitur talis seminatrix.
Item a sero is pro seminare hic ser-
mo onis dicitur locutio unius persone
ad aliam vel ad alias quia quidam

Semen
Sementis tis
Sementinus a
Semento as
Seminium ij
Seminarium
Semino as
Soror oris
Sororius
Sororisso
Sororizo as
Sobrinus a ni
Sobrina ne
Consobrinus
Consobrina ne
Seminerbius ij
Seminerbia ie
Sermo onis